





V I R O
NOBILI CLARISSIMOQUE
DN. ANDREÆ HER-
MANNO Hellberg
Summos in arte Medica honores

d. XXV. JULII
DECANO
D. HENRICO MEIBOMIO
solenniter collatos
gratulantur
Academiae Juliae Professores.



HELMESTADT,
Typis HENRICI DAVIDIS MÜLLERI Acad. Typ.
ANNO M DC LXXIX.





Artis Apollineæ doctor, morumque
decentum

HELLBERGE mirâ suavitatem
amabilis,

Te metuunt furvi Plutonis tristia regna,

Ne præda per terarior veniat tibi.

Ast metuant: ego non vano tibi comprecor ore,

Plutone fente, Pluto amicus ut fies.

Quid? precor, ut summo tantum sis Numini ami-
cus,


Sic ars, opesque, & quicquid expetis, affluet,

*Nobilissimi Domini HELLBERGII pro-
meritis summis honoribus ex animo fa-
vens, scripsit*

GERHARDVS TITIVS S. Theol. Doct.

P. P. Ordinarius.

A 2



Nunc Hellberge tuo capiti bombyce tiamam
Indulge natam, Suavia ferq; sacra.
Anellum digito, librum cape, sume brabea,
Qua confert digno **JULIA NOSTRA**
Tibi
Gratulor enausis magnos. Ego grator honores,
Quos animi dotes promeruere tui.

gratulabundus scripsit

G. Th. Mejerus D.

Artis Apollineæ cultor gnavissime!
Sic te
Nunc doctæ frontis præmia digna
manent.

*Honori Cl. Dni. Ddi cum voto
omnigena felicitatis*

f.
JOHAN. Eisenhardt Phil. & J.U.D.
ac P. P.

Si



S*I placet ingenio, & donis felicibus uti,
(Nam placet, & jam signa videre illustra nostra
JULIADES possunt) quiddam excellentius aude,
Nec trita juvet ire via. Nam vivimus illo,
Quo Phœbi illoti tractant sacraria, seclo,
Et Medici, ceu fungi, aliquot nascuntur in horis.*

*Si quisquam carbone manus infecit; & ignem
Dirigere, & celeres guttas stillantis aquai
Dinumerare potest, salsumq; abducere terra,
Ambrosiasq; loqui, & crepera virtutis Elixir,
Ens verum Veneris, Ludumque, & Balsama Sa-
mech;*

*En! novus exurgit Podalirius, atq; Machaon,
Quem plebs (nam similis labris lactuca) coronat.
O seclum nostrum insipiens! ô pectora caca!
Quid super est? nisi, ut hi, sua qui fabrilia tractant,
Edocti gladium, & misilia cudere fabri,
Belligeris sese quoque nunc Heroibus æquent.
Hoc tamen, hoc nolit Mavors. Cur, Phœbe, nec
illos*



*Eternum plorare jubēs, qui commoda tantum
Instrumenta parant, sese equiparantq; Magistris,
Ast, HELBERGE, tibi finxit præcordia Titan
De meliore luto: meliores JULIA flammæ,
(JULIA, quæ fumos semper damnavit inanes,)
Præluxit tibi, & Asclepi sanctissima templa,
Quæ Ratio struxit, quæq; Observatio ditat,
AGræcis quondam bene capta, deinde secutus
Tradita temporibus, penetrare & visere jussit.
Macte animo vegeto, & quiddam excellentius aude!*


Clarissimo Dn. Doctori, suo per plures
annos auditori industrio, benivo-
lentiæ causa l. mq; f.

Henricus Meibomius D.

P. P.

HELLBERGI Aoniæ non infima gloria
gentis,
Delicium Phœbi Pieridumque decus,

Quàm



Quàm celer ingentes explevit cursus honores!
Quàm Tua doctrinæ gloria pressit iter!
Scilicet haut mirum Te sic penetrasse Sororum
Artes, namque Tibi vivus Apollo domi est.

*Paucis his Nobilissimo & Clarissimo Viro, Dn.
ANDREAE HERMANNO HELLBERGIO,
Medicinæ Doctorando dignissimo, Fautori &
Amico plur. honorando, de feliciter absoluta
theoria Medica, summisq. in Medicina honori-
bus gratulatur*

JOH. EBERHARDUS BUISMANNUS
P. P.

